Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36521
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

fortitudinis habentem in parte nro iacob. quemadmodum
scriptura dicit. Cum autem surrexisset iacob traducens
omnibus que ad se pertinebant remansit solus. et ecce uir
luctabatur cum eo usque mane. Qui cum uideret quod eum supe
rare non posset. dicit ad eum. Dimitte me. Iam enim ascen
dit aurora. Respondit. Non dimittam te. nisi bene
dixeris mihi. Et benedicens illi. Si contra dm inquit
fortis fuisti. quanto magis contra homines pueralebis.
Secdm illud ex emplum uir ille ad huc sese a conluctan
te parte uinci. quociens studiosus et anima fidelis ta
diu uersatur circa uerbum dei. donec extorqueat ab illo
benedictionem spiritualem. qui est uerus et uitalis intellectus.
misterii uel scripture. quam ds racionabiliter signauit.
ut non facile possit intelligi. quia margarite non erant
mittende coram porcis. et nulla difficultate uincitur ut
desistat donec apprehendat. quem uis quodam fugiat
sermo dei. seq; iubeat dimitti. Igitur o dna dei genitrix uera
et incorrupta mater uerbi eterni dei et hominis filii
xpi. in meis s; tuis meritis armatus cum isto uiro feliciter
cum uerbo dei cupio luctari. ut de canticis canticorum op' ex
torqueam quod te deceat de incarnatione dni ad laudem
et gtam eiusdem dni ad laudem et honorem tue beatitudinis.
Non noua uoluntas nunc incipit. antea annos aliquot
cum essem iuuenior cangere me uolueram huius nominis op' ag
gredi. feliciter de incarnatione dni occasionem huius mi.
Coram regina celorum loquor. a seruo meo quibus irrideri